Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

Quid necessarium vt simus de regno Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

Visual Library

In fide ſignum eſt electos eſſe paucos.

CAP.34 *Quid neceſſarium vt ſimus de regno Chriſti.*

QVia Chriſtus regnat in nobis per fidem ſicut diabolus,
Ephes.2. Coloſ.2. per infidelitatē, Eph.2. & Coloſ. 2. qui propterea dicitur princeps tenebrarū, id eſt infidelium. Eratis enim aliquan-
Ephe.5. do tenebræ. Ephe. 5. Igitur ad hoc quod ſimus aſcriptitij in regno Chriſti, neceſſaria eſt fides in Chriſtum, & ſacramentum fidei, id eſt baptiſmus, quo initiamur, & proteſtamur fidem de Chriſto pro nobis
Rom.6. Hebr.11. mortuo, Rom.6. & Heb.11. Deſerimus regnum Satanæ, carnis & mundi. Vnde renunciamus diabolo & pompis eius, obſeruamúſque in ipſo baptiſmo cæremonias eorum qui addicebantur militiæ. Illi enim dabant ſua nomina: ſic & nos in baptiſmate: ſignabantur punctis, & nos cruce in fronte: conceptis verbis iurabāt ſe ad omnia ducis iuſſa prȩſto futuros: formam iuramēti expromit Vegetius: item mori pro Rep. dabatur donatiuum, veluti pignus & autoramentum: non pugna-

bant niſi qui iuramento eſſent aſtricti, nec qui exautorati : nos in ipſo baptiſmo & profeſſione religionis Chriſtianæ, abiuramus diabolum, damus nomen regi Chriſto, accipim' pignus ſpiritus, Eph.4. Expectãtes coronam gloriæ poſt pugnã: abnegamus noſmetipſos. Matt.10. & 16. exuimus veterem hominem. Epheſ.4.& Coloſ.2. cui debemus eſſe mortui & noua creatura: reſurgere (inquam) in nouam vitam Chriſti ſpiritualẽ. Ioan.3. 1.Cor.5. Gal.3. Ephe.2. 1.Pet.2. nihil de nobis ſentire debemus prę rege noſtro Chriſto, ſed in eum fidere. Ioan.3.5.11.& Rom.10. Ad eum per orationem confugere quemadmodum ille ad patrem, Matt.26. Luc.22. Heb.5. habere Chriſtum regem noſtrum pro armis, ſcuto, & aſylo, amare & ſeruare eius verba. Ioã.14.&15.& leges regni: Hylari vultu ex amore, Rom.8. Nam perfecta charitas foras timorẽ mittit. 1. Ioan.4. Præterea opus eſt non deficere à rege noſtro ad Satanam & eius regnum, Apoc.2. eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Nõ enim oportet prætergredi menſam & ſalem. Enimuerò in iis qui redeunt ad veterem hominẽ, non

Matt.10. Epheſ.4. Coloſ.3. Ioan.3. 1 Cor.5. Galat.5. Epheſ.2. 1.Pet.2. Ioan.3.5.11. Rom.10. Mat.26. Luc.22. Heb.5. Ioan.14. & 15. Rom.8. Vide l. deſertorem ff. de re milit. Apoc.2.

aboletur legis ſententia dominium, tyrannis, maledictio, damnatio, execratio,
2.Cor.3. 2.Corint.3. Velamen poſitum eſt vbi non eſt ſpiritus, per quē facti iuſti ſumus ſub
Ioan.8. lege, Ioan.8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, ſecus non: ſed ſerui. Item vt ſimus de regno Chriſti, operæpretium eſt pro eo pati, cum profiteamur crucem
Matth.10. & 24. Luc.10. Ioã.15. & 16 2.Tim.2. & 3. Act.14. Rom.8. Matth.24.
Matt.10. & 24. Luc.10. Ioan.15. & 16. 2.ad Timot.2. & 3. Act.14. & Rom.8. Illa ſunt arma Chriſti & inſignia, crux videlicet. Matt.24. Tunc apparebit ſignum filij hominis, arma illa non in veſte, ſed corpore: & pro Chriſto, non pro mundo: non contra Chriſtum, vt milites mundi. oportet ſequi Chriſtum regem, vita, moribus, & doctrina, & nunquam expoliari armis
Epheſ.6. eius, Ephe.6. Quia enim Chriſtus rex regum dicitur, eo nomine explicatius cernuntur eius beneficia, & priuilegia populi Dei: Reſpectu autem Eccleſiæ dicitur
1.Cor.11. Ephe.1.4.5. Col.1. & 2. Act.4. 1.Cor.11.
caput. 1.Cor.11. Epheſ.1.4.5. Coloſ.1. & 2. Act.4. Ad Eccleſiæ autem vnitatē & regni Chriſti, non pertinet nō habens charitatem, 1.Cor.11. Auguſt. cōtra Creſcen. lib.1.cap.18. Nexus membrorum corporis Chriſti eſt ſpiritus charitatis. Quocir-

ca mali vniti ſunt corpori Chriſti,nõ ſpi-
ritu,ſed corpore vt pallea grano.

De dignitate eorum qui ſunt de regno Chriſti. CAP.35.

QVemadmodũ princeps huius mundi terrenorum videlicet hominum diabolus attexit ſuos ſibi,cuius eſt caput tãto nexu, vt ille ſæpius dicatur homo & mali homines diabolus dicantur: ſic Chriſtus caput eorum qui *Ioan.6.*
ſunt de eius regno tanta vnione ſibi coniungit, vt omnes dignitates eis communicet. vt enim ille filius eſt natura, ſic & illi filij Dei adoptione.Ioan.1.& 1.Ioan.3. *Ioan.1.* *1.Ioan.3.*
Rom.8.& Gal.3.& 4.Ille dilectus patri ſic *Rom.8.*
& illi per eum Epheſ.2.gratificauit nos in *Gal.3.& 4*
dilecto filio ſuo. & Ioann. 16. pater amat *Epheſ.2.* *Ioan.16.*
vos,ſicut ille eſt omnium hæres. Hebr.1. *Heb.1.*
Ita & iſti hæredes inquit Dei cohæredes *Rom.8.*
autem Chriſti.Rom.8.& Gal.4.Ille cœle- *Galat.4.*
ſtis eſt.1.Cor.15. ſic & iſti,qui habent ſuũ *1.Cor.15.*
πολιτεῦμα & municipatum in cœlis, vbi nomina eorum ſcripta ſunt. Non enim (inquit) habemus ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus. Hebr. 13. *Hebr.13.*